



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Malvm Svmmi Mali Sive De infinita grauitate peccati  
mortalis Libri Qvinq[ve]**

**Pelecycus, Johannes**

**Monachii, 1615**

XVI. Sceleribus contaminatus, in sui defensionem, carnem voluptate[m],  
obligatis oculis obtendit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52025](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52025)

## CAPVT XVI.

Sceleribus contaminatus, in sui defensionem, carnis voluptatem, obligatis oculis obtendit.

**Q**uo argumento? Voluptas carnis mecum nata, dulcis & suavis est; numquid iam cum vite dulcedine deserere possum, fructusq; suauissimos? Si deserere non possum, neque ergo que inde sequuntur peccata? Pro Deum immortalem, tubicinem inferni audio: Itane carnis voluptas, venenato Diaboli flatu, animum affecit tuum, ut tibi non aliter illa, quam Mithridati venenum, sit cibus, quo sine vivere non possis? Sus es in volutabro luti, scarabæus in stercore. Ac cum genus sis Dei, stabuli curam geris, porcumq; pascis. Eui-gila queso, peccator, & cum

animo

*Iud. 9. 11.*

animo t  
non esse f  
deinde qu  
carne mer  
tandem,  
ut mori,  
qui. Mer  
luptuaria  
lenam ef  
spatiofar  
Cogitati  
nem tua  
qua Ad  
dit, Aga  
Ismaele l  
minæ fili  
Putiphar  
ad inter  
Iahel Sifa  
clauo ad  
Dalilam  
sonem fo  
men Ph  
ellam fal

animo tuo cogita, carnis curam  
 non esse faciendam in desiderijs; eum  
 deinde qui seminat in carne sua, de  
 carne metere etiam corruptionē; eum  
 tandem, qui secundum carnem vi-  
 vit mori, regnumque Dei non conse-  
 qui. *Rom. 13.*  
 i. *14.*  
 Mente agita vitā carnis vo- *Gal. 6. 8.*  
 luptuariam, vitiorum omnium *Rom. 8. 8.*  
 lenam esse, viam latam, viam *Gal. 5. 21.*  
 spatiosam, viam perditionis.  
 Cogitatione complectere car-  
 nem tuam alteram esse Euam,  
 quæ Adamum (animum) per-  
 dit, Agar ancillam, quæ in filio  
 Ismaele ludit cū Isaac Saræ Do-  
 minæ filio, & ab illa eijcitur,  
 Putipharis vxorem, Iosephum  
 ad intemperantiā excitantem,  
 Iahel Sisaram ducem, per caput  
 clauo adacto, interficientem,  
 Dalilam in sinu quidem Sam-  
 sonem fouentem, hostibus ta-  
 men Philistæis tradentem, pu-  
 ellam saltatricem, caput Ioannis  
 M Bap-

ps. 34. 2.

Baptistæ petentem, ancillam  
 stiam Petrum ad negationem  
 inducentem. *Apprehende ergo*  
 si cor habes, si tecum es, si  
 lutem amas, arma & scutum  
 ieiunij carnem extenua, vigi-  
 lijs consume, cæteraque vita  
 austeritate confice, attere, ma-  
 cera; *maledictus qui prohibet gla-*  
*dium suum à sanguine*; sic enim  
 fiet ne lasciuiens in peccata de-  
 fluat, & vt tu cum ea exultare  
 aliquando possis in Deum vi-  
 uum, cœlestibusque gaudijs  
 voluptatibus perfrui. Et quan-  
 do voluptas carnis duplex est  
 vna minus, magis altera inho-  
 nesta, de vtrisque in spe-  
 cie tractandum vi-  
 detur.

Hier. 48. 10

CAPIT